

## Suffragium e cum fonte primo

Monumenta non ob aliud dicuntur ←  
nisi quod hii

qui uiuencium oculis morte subtracti  
sunt ne obliuione etiam cordibus  
subtrahantur, in memoriam reuocent et  
admonendo faciant cogitari.

Vnde  
monumentum eo quod moneat  
mentem nuncupatur.

Ad hoc ergo sunt adiumenta mortuorum  
ut dum homines recolant ubi sunt posita  
eorum quos diligunt corpora, eisdem  
sanctis illos tanquam patronis susceptos  
apud Dominum adiuuando et orando  
commendent.

Idem ibidem (Augustinus libro  
LXXXIII. questionum).



sed cum talia uiuorum solacia  
requiruntur, quibus eorum pius in suos  
animus adpareat, non uideo quae  
sunt adiumenta mortuorum nisi ad hoc,  
ut, dum recolunt, ubi sint posita  
eorum quos diligunt corpora, eisdem  
sanctis illos tamquam patronis susceptos  
apud dominum adiuuandos orando  
commendent.

quod quidem facere possent, etiamsi  
talibus locis eos humare non possent.  
sed

non ob aliud uel ‘memoriae’ uel  
‘monumenta’ dicuntur  
ea quae insigne fuent sepulcra  
mortuorum, nisi quia eos,  
qui uiuentium oculis morte subtracti  
sunt, ne obliuione etiam cordibus  
subtrahantur, in memoriam reuocant et  
admonendo faciunt cogitari.  
nam et ‘memoriae’ nomen id apertissime  
ostendit et  
‘monumentum’ eo quod moneat  
mentem, id est admoneat, nuncupatur.

Augustinus Hipponensis, *De cura pro  
mortuis gerenda*, 4, 6 (CSEL 41, J.  
Zycha ed., p.630, ll.1-14).